

IORDANUS BRUNUS NOLANUS.
DE SPECIERUM SCRUTINIO ET LAMPADE COMBINATORIA RAYMUNDI
LULLII DOCTORIS EREMITAE OMNISCII PROPEMODUMQUE DIVINI.

PRAGAE.
EXCUDEBAT GEORGIUS NIGRINUS,
ANNO MDLXXXVIII

ILLUSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOQUE D. DON GUILHELMO A. S. CLEMENTE EQUITI ORDINIS S. IACOBI DE ESPATA SERENISSIMI HISPANIARUM REGIS CATHOLICI A CONSILIIS EIUSDEMQUE AD CAESAREAM RODOLPHI II. IMPERATORIS MAIESTATEM LEGATO IOR. BRUNUS NOL. S. D.

Quemadmodum animalia muta, quamvis laudatis orta parentibus, non ullus generosa existimabit, nisi fortia, ita homines appellari nobiles iure nequeunt, nisi propria extiterint virtute commendati. Ideo tribus a Platone enumeratis sub nobilitatis genere speciebus: prima, quae a sapientibus, probis derivat atque iustis; secunda, quae ab heroibus et principibus; tertia, quae ab iis qui vel bellica negocia praeclare gesserunt, vel certaminum coronas reportarunt, in posteros effunditur; quarta tandem illa species ab eodem omnium praestantissima iudicatur, qua quis per se animi magnitudine multitudinem antecellit; secus etenim disposito, si quando cum suis maioribus conferatur, haud iniuria Persiarum illud auribus inculcabitur

Hic petit Euphratem iuvenis, domitique BataviCustodes aquilas, armis industrius: at tuNil nisi Cecropides truncoque simillimus Hermae;Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quodIlli marmoreum caput est, tua vivit imago —

illud optime cavisti, generosissime admodumque magnanime Domine, ne solo hereditario maiorum tuorum splendore clarus, minus propria, in te exorta et a te ipso comparata omnis generis claritate tot rationibus enitesceres atque numeris, quot certe tum quia manifesti sunt, tum quia maiores quam huic loco congruente compendio et orationis stylo tractari possint atque debeant, recensere praetermittam. Ea ipsa sunt in causa, ut cum principi huic Lulliano ingenio meisque circa eundem studiis patronum, qui tum iudicio tum auctoritate polleret, explorarem, usque adeo illustris Excellentia potissime omnium exoptanda visa est, ut cuius patrocinio sublimis huiusce artis studia committerem, ne forte cuiquam surdo fabulam narrare, caeco speculum praesentare, vel Thersiti ducis Achillis arma offerre conspicerer. Ad heroicum ergo genium et ingenium vester hic vestrasque Lullius confugiens ita (mihi certe persuadeo) suscipietur, quemadmodum ipsi ad vestros tanquam ad proprios lares hilariore spiritu contigit adventare; ubi non minus compertum esse video me super illius adinventionem excolendam elaborasse, cuius intelligentiae divinitatem summi philosophorum principes, ut olim consuevere, ita et in posterum admirari, persequi et imitari perpetuo debebunt; a quo quanto diviniora atque profundiora, tanto paucioribus pervia minusque nota ingenia, mysteriorum, quae in multiplici doctrinae torrente delitescunt, fontes hausisse fatentur. A cuius sufficientia ebibita nomen atque gloriam plurimi sibi comparare studuerunt, qui propriis super haec commentariis non tam Lullium declarare, quam vel per adtentatum Lullium nomen proprium illustrare elaborarunt. Iam quid tandem ego super ipso praestiterim, vestrum et aliorum, qui intelligentiae lumine non sunt orbat, esto iudicium. Sub duobus nempe hisce "Lampadis" et "Scrutinii" titulis ea certe complectimur, quae ad artes omnes Lullii inquirendas, intelligendas, nec sine iudicio prosequendas sufficere iis facile possunt, qui vel medio criter in significationibus terminorum vulgaris philosophiae fuerint versati. Hic namque integre expressisse videmur, quidquid praestantissimus author iste in multis complectitur artibus, in quibus idem inventum, nunc per unam, ut ipse loquitur, viam, nunc per aliam nititur aperire; in istam quippe compendium contraxisse credimur, quicquid idem pluribus ad divinae combinatoriae artis complementum insinuat, in "Artibus brevi, magna, inventiva, demonstrativa, mixtionis principiorum, Auditus cabalistici, Arboris scientiae" et aliis, si quae aliae (ut certe extare debent) extant eiusdem argumenti plurimae. His addam aliquid permagni momenti, quod sub praedictis inscriptionibus "Auditus cabalistici" et "Septemplex arboris" divinus vir iste occultavit et obsignavit, quae propediem (volente Deo) sub titulo "Lampadis cabalisticae" huic cognatae arti subnectendae in lucem producam, quo sub eodem illustrissimae Excellentiae tuae praesidio atque favore queant tutissi me consistere. Accipiat interim a me quidquid hoc operis est, quod hoc principio Eam voluntatis et observantiae erga se meae admoneat. Deum omnipotentem precor, ut Eiusdem vitam et actiones in dies magis atque magis ad suam gloriam et Reipub. salutem fortunando promoveat. Pragae X. Iunii MDLXXXVIII.

Cap. I Propositum.

Penitius inspicienti constat omnem artem omnemque disciplinam, ob id quod vel naturam imitatur vel hanc exorbitantem corrigit aut adversam impedit, primo principia quaedam et elementa suscipit, secundo eadem in simpliciores combinationes adcopulat, ultimo magis multiplices atque varias e simplicibus educit complexiones, e quibus certe specificae suboriuntur rerum differentiae, quales numeris huiusce generis comparantur.

Horum certe omnium artificiosa comprehensio in huiusmodi scrutinii dispositione, quam Lullius primo delineando et inumbrando invenit, a nobis tandem propriis coloribus inspicienda obiicitur.

Cap. II De artis elementis.

Artis huius alphabetum novem dumtaxat complectitur elementa, quorum singula vicibus quatruplicis significati subministrant.

Cap. III De prima figura.

Figura prima, quae A elemento notatur, absoluta complectitur praedicata, quae de subiecto quocunque affirmata vel negata quiditative vel denominative, in concreto vel in abstracto, convertibiliter vel inconvertibiliter, in recto vel in obliquo enunciantur. Ipsum notatur in figura per lineas a punctis circumferentiae singulorum elementorum ad omnia; quod videlicet haec non modo de aliis omnibus extra figuram, sed etiam singula de caeteris universis in figura constitutis praedicantur.

Cap. IV De secunda figura.

Secunda figura per T elementum notatur, utpote quae ex trium complicatorum triangulorum ordine conflatur, ad quorum angulorum terminos termini omnes relativi velut ad propria capita referuntur, quam sane relationem contemplari possumus.

in
ivo
abili
ante
are
ato
ando
utpote
pricipiatio.
pricipiabili.
pricipiante.
pricipiare.
pricipiatio.
pricipiando.
Quae sunt
forma seu principium formale.
subiectum seu materiale principium.
efficiens seu agens.
actio seu operatio.
actus seu effectus.
agendum seu finis.

Cap. V De tertia figura.

Proprium sui significativum tertia figura non habet elementum. Ipsa quippe syllabicum in hac arte et primum combinationis genus exprimit, quatenus ex duorum elementorum coitu plurimi intentionum foetus propagantur, ubi sumitur vel absolutum cum absoluto, vel absolutum cum respectivo, vel respectivum cum respectivo, vel respectivum cum absoluto; et haec vel adiective vel substantive, et ita vel ex parte unius vel ex parte alterius termini, qui sumuntur vel in recto vel in obliquo, aut utriusque aut horum alter, significando vel concretive vel abstractive, idque vel simpliciter vel contractive, et figura vel prima vel secunda.

Cap. VI De quarta figura.

Figura quarta tribus concentricis efformata circulis foecundissima est tabulae generalis mater.

Haec, ut expressimus in libro "De architectura", septem admittit revolutiones pro totidem domorum fabrefactione.

Prima constituitur, cum sub B circuli superioris immobilis ponitur C circuli medii et D circuli inferioris, causando septem cameras; secunda, cum sub B circuli superioris ponitur D circuli medii et E circuli interioris; tertia, cum sub B circuli superioris ponitur E circuli medii et F circuli interioris; quarta, cum sub B circuli superioris ponitur F circuli medii et G circuli inferioris; quinta, cum sub B circuli superioris ponitur G circuli medii et H interioris; sexta, cum sub B circuli superioris ponitur H circuli medii et I circuli inferioris; septima, cum sub B circuli superioris ponitur I circuli medii et K circuli interioris.

Domus prima septem ordinibus constans habet 24. cameras.

7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.
bcd. bce. bcf. bcd. bch. bci. bck.
bde. bdf. bdg. bdh. bdi. bdk.
bef. beg. beh. bei. bek.
bfg. bfh. bfi. bfk.

bgh. bgi. bgk.

bhi. bhk.

bik.

Domus secunda sex ordinibus constans habet 21. cameras.

Secunda domus constituitur, cum fit revolutio duorum internorum circulorum <sub C> circuli immobilis, collocato primo sub eo D circuli medii et E circuli infimi; secundo E medii, F infimi; tertio F medii, G infimi; quarto G medii, H infimi; quinto H medii, I infimi; sexto I medii, K infimi.

6. 5. 4. 3. 2. 1.

cde. cdf. cdg. cdh. cdi. cdk.

cef. ceg. ceH. cei. cek.

cfg. cfh. cfi. cfk.

cgh. cgi. cgk.

chi. chk.

cik.

Domus tertia 5. ordinibus constans habet 15. cameras.

Tertia domus constituitur revolutione duorum internorum circulorum sub D circuli immobilis, primo collocato sub eo E circuli medii et F infimi; secundo F medii, G infimi; tertio G medii, H infimi; quarto H medii, I infimi; quinto I medii, K infimi.

5. 4. 3. 2. 1.

def. deg. deh. dei. dek.

dfg. dfh. dfi. dfk.

dgh. dgi. dgk.

dhi. dhk.

dik.

Domus quarta quatuor ordinibus constans habet 10. cameras.

Quarta domus fit revolutione duorum circulorum sub E circuli immobilis, collocato primo sub eo F circuli medii et G inferioris; secundo G medii, H infimi; tertio H medii, I infimi; quarto I medii, K infimi.

4. 3. 2. 1.

efg. efh. efi. efk.

egh. egi. egk.

ehi. ehk.

eik.

Domus quinta tribus constans ordinibus habet 6. cameras.

Quinta domus fit, cum primo sub F circuli immobilis collocatur G circuli medii et H infimi; secundo H medii, I infimi; tertio I medii, K infimi.

<3.> <2.> <1.>

fgh. fgi. fgk.

fhi. fhk.

fik.

Domus sexta duobus ordinibus constans et tribus cameris.

Sexta domus fit primo sub G immobilis collocato H medii et I infimi; secundo I medii, K infimi.

1.2.

ghi. ghk.

gik.

Domus septima unius camerae.

Septima domus fit moto sub H circuli immobilis I medii, K infimi.

1.

hik.

"Comp."

Ex revolutione igitur circulorum quartae figurae resultant octo et viginti domus, quarum prima septem habet ordines et 24. cameras; secunda sex ordines, 21. cameras; tertia quinque ordines, 15. cameras; quarta quatuor ordines, 10. cameras; quinta tres ordines, 6. cameras; sexta duos ordines, 3. cameras; septima unam cameram.

Cap. VII De tabula magna.

Tabula magna octoginta quatuor columnis constat, iuxta totidem camerarum numerum, quae in 28. sunt ordinibus, qui sunt in septem domibus, a septem revolutionibus in quarta figura constitutis.

Quaelibet autem columna ex 24. cylindris, et horum singuli quattuor constant membris. Unde quaternarium ductum per 24. reddit 96. membra.

Cylind. XXIV. sunt BCD. CBD. DBC. BDC. CDB. DCB. BBC. BBD. CCB. CCD. DDB. DDC. BCC. BDD. CBB. CDD. DBB. DCC. BCB. BDB. CBC. CDC. DBD. DCD.

Singula cylindrorum quatruplici ipsius T situatione, quatuor membra sibi asciscunt; aut enim est ante elementum primum TBCD, aut post primum ante secundum BTCD, aut post secundum ante tertium BCTD, aut post tertium BCDT. Elementa ante T significant praedicata absoluta, elementa post T respectiva significant praedicata. Ordo est ut T primo sit primum, secundo secundum, tertio tertium, quarto quartum.

BCD. "Columna."

tbcd. diff. conc. cont.

btcd. bon. conc. cont.
bctd. bon. mag. cont.
bcdt. bon. magn. dur.
CBD.
tcbd. conc. diff. cont.
ctbd. magn. bon. cont.
cbtd. magn. bon. cont.
cbdt. magn. bon. dur.
DBC
tdbc. cont. diff. conc.
dtbc. dur. diff. conc.
dbtc. dur. bon. conc.
dbct. dur. bon. magn
BDC.
tbdc. diff. cont. conc.
btcd. bon. cont. conc.
bdtc. bon. dur. conc.
bdct. bon. dur. conc.
CDB.
tcdb. conc. cont. diff.
ctdb. mag. cont. diff.
cdtb. magn. dur. diff.
cdbt. magn. dur. bon.
DCB.
tdcb. cont. conc. diff.
dtcb. dur. conc. diff.
dctb. dur. mag. diff.
dcbt. dur. mag. bon.
BCB.
tcb. *
btcb. bon. conc. diff.
bctb. bon. mag. diff.
bcbt.
BDB.
tbdb. *
btdb. bon. cont. diff.
bdtb. bon. dur. diff.
bdbt. *
CBC.
tcbc. *
ctbc. mag. diff. conc.
cbtc. magn. bon. conc.
cbct. *
CDC.
tcdc. *
ctdc. mag. diff. conc.
cdtc. magn. dur. conc.
cdct. *
DBD.
tdbd. *
dtbd. dur. diff. cont.
dbtd. dur. bon. cont.
dbdt. *
DCD.
tdcd. *
dtcd. dur. conc. cont.
dctd. dur. mag. cont.
dcdt. *
BBC.
tbbc.
btbc. bon. diff. conc.
bbtc. *
bbct. *
BBD.
tbbd. *
btbd. bon. diff. cont.
bbtd. *
bbdt. *
CCB.
tccb. *
ctcb. magn. conc. diff.
cctb. *
ccbt.

CCD.
tccd. *
ctcd. magn. conc. cont.
cctd. *
ccdt. *
DDB.
tddb. *
dtdb. dur. cont. diff.
ddtb. *
ddbt. *
DDC.
tddc. *
dtdc. dur. cont. conc.
ddtc. *
ddct. *
BCC.
tbcc. *
btcc. *
bctc. bon. magn. conc.
bcct. *
BDD.
tbdd. *
btdd. *
btdt. bon. dur. cont.
bddt. *
CBB.
tcbb. *
ctbb. *
cbtb. magn. bon. cont.
cbbt. *
CDD.
tcdd. *
ctdd. *
cdtd. magn. dur. cont.
cddt. *
DBB.
tddb. *
dtbb. *
dbtb. dur. bon. diff.
dbbt. *
DCC.
tdcc. *
dtcc. *
dctc. dur. mag. conc.
dcct. *

Hic vanam intelligimus combinationem, ubi T non mediat inter geminatas literas.

De utilibus et inutilibus combinationibus.

De octo igitur, quae habentur, istius columnae membrorum duodenariis, quatuor duntaxat extant utilia; ratio cuius est inde manifesta, quia frustra eiusdem praedicati signum geminatur in ipsis, quae per stellarum adiectionem sunt in columna denotata. Duodenarium primum ex tribus primis cylindris extrahitur, secundum de sex sequentibus secundis, tertium de duodecim tertiis et ultimis.

Haec columna 100. membrorum, cuius 48. diximus esse utilia, foecundior est quam columna Lulliana, quae 20. tantum constat membris in unico cylindro. Accidit autem nobis eam ditasse extra eam rationem, qua Raymundus potuit omisisse caetera membra, quia inutilem eiusdem fieri videbat repetitionem, quandoquidem dicere BCD, id est bonitas magna durans, et dicere CBD, id est magna bonitas durans, idem est. Nos vero Raymundi ordinem et sufficientiam non improbamus, et fatemur in suo vigenario omnia tandem contineri quidem, sed caeca et ipsi Lullio fortasse etiam occulta vel minus considerata. Postquam igitur combinationes, quae ex quatuor istis elementis et ordinatis fieri possunt, extendimus, quaeque ex iis omnibus frugales extent patefactum est, discurratur columna sumendo primum elementum substantive, duo reliqua adiective, dicendo: bonitas magna durans, quae significatur in BCD. Nonne utillima et etiam pro ratione complementi discursus necessaria eorundem elementorum alia o rdnatio fiet, dicendo: magnitudo bona durans, cuius signum est CBD? Non est sane eiusdem repetitio. Similiter unquam non erit eiusdem repetitio, si certa quadam lege disponantur termini tres per adiectivum et substantivum, rectum et obliquum, ut ea lege se habeat unum membrum, qua aliud; vel si omnia membra pariformiter capiantur, numquam eiusdem fiet repetitio, et non incidemus in necessarij omissionem, sicut cum posito BCD contemnitur CBD.

Numerus legum.

Leges vero, quibus uniformiter discurratur columna, sunt octo, quarum una est sumpto primo termino adiective, reliquis duobus substantive, 2. alia est sumpto primo termino substantive, duobus aliis adiective, 3. alia sumpto primo et secundo <adiective, tertio substantive, 4. alia sumpto primo et secundo> termino substantive, tertio adiective, 5. alia sumpto primo et tertio adiective, secundo substantive, 6. alia sumpto primo et tertio substantive, secundo adiective, 7. alia sumptis omnibus adiective, 8. alia sumptis omnibus substantive.

Multiplicatio legum.

Praepositae octo leges, per variam obliqui et recti, abstracti concretique distributionem, utilissimas 64. propositionum considerationes quibus subiectum problema potest examinari, constituunt.

Stante enim primo termino adiective, secundo et tertio substantive, dicitur:

BCDT

Bonum magnitudinis durationis.

Bonum magnitudine durationis.

Bono magnitudinis duratio.

Bonum magnitudinis duratione.

Boni magnitudo durationis.

Boni magnitudinis duratio.

Primo substantive, secundo et tertio adiective:

Bonitate magna durans.

Bonitate magnum durans.

Bonitate magni durans.

Bonitas magna durans.

Bonitas magni durans.

Bonitas magno durans.

Bonitas magna durans.

Bonitatis magnum durans.

Bonitatis magnae durans.

Primo et secundo adiective, tertio substantive:

Bonum magni duratione.

Bono magna duratio.

Bono magni duratio.

Bonum magnum duratione, i. per durationem.

Bonum magnum durationis.

Bonum magnae durationis.

Boni magna duratio.

Boni magni duratio.

Primo et secundo substantive, tertio adiective:

Bonitas magnitudine durans.

Bonitate magnitudo durans.

Bonitate magnitudinis durans.

Bonitas magnitudinis durans.

Bonitas magnitudinis durans, i. quae durat.

Bonitas magnitudinis durans, i. eius quod durat.

Bonitatis magnitudo durans.

Bonitatis magnitudine durans.

Bonitatis magnitudinis durans, id est de bonitate magnitudinis id quod durat.

Primo et tertio adiective, secundo substantive:

Bonum magnitudine durans.

Bono magnitudo durans.

Bono magnitudinis durans.

Bonum magnitudinis durans.

Bonum magnitudinis durans, i. quae durat.

Bonum magnitudinis durans, i. eius quod durat.

Boni magnitudinis durans, id est de bono magnitudinis id quod durat.

Boni magnitudo durans.

Primo et tertio substantive, secundo adiective:

Bonitas magna duratione.

Bonitas magna durationis.

Bonitas magni duratione.

Bonitas magnae durationis.

Bonitatis magna duratio.

Bonitatis magni duratio.

Bonitatis magnae duratio.

Bonitate magna duratio.

Bonitate magni duratio.

Omnibus adiective sumptis:

Bonum magnum durans.

Bonum magnum durans.

Bonum magni durans.

Bonum magni durans.

Boni magnum durans.

Boni magni durans.

Bono magnum durans.

Bono magno durans.

Bono magni durans.

Omnibus substantive sumptis:

Bonitas magnitudinis durationis.

Bonitas magnitudine durationis.

Bonitatis magnitudinis duratio.
Bonitatis magnitudine duratio.
Bonitatis magnitudo durationis.
Bonitate magnitudinis duratio.
INDUCTIO.

Hoc quod completum est in BCDT, quod est unum membrum primi cylindri huius columnae, intelligant completum in BCTD, BTCD, TBCD, quae sunt reliqua eiusdem cylindri membra. Identidem fiat in aliis cylindrorum membris, tum columnae istius, tum aliarum omnium. Ubi illud perpetuo advertendum, ut e tribus terminis unus in recto capiatur; et ideo tres termini pluribus modis 64. nunc positus non inflectuntur facile.

Multiplex terminorum acceptio.

Nec te praetereat, quod terminus primus, hoc in loco i. in columna ista per B significatus, aliquando sumitur secundum se, ut cum quaestio est de bonitate; quandoque sumitur cum alio incomplexo sumpto, ut cum quaestio est de bonitate mundi, de bono naturae, de bono summo; aliquando sumitur cum alio complexo sumpto, ut cum quaestio est de bonitate aeternitatis mundi. Omnis enim quaestio de subiecto aliquo aut sumitur sine aliquo quod verbo adiaceat, ut: an, quid, de quo, quare etc. mundus est? aut sumitur cum uno adiacente, ut: an, quid, de quo etc. mundus est aeternus? aut sumitur cum duobus vel pluribus adiacentibus, ut: an, quid, quomodo, bonum est mundum esse in aeterna concordantia et differentia? etc. De aliorum membrorum primis terminis idem est iudicium. Item sicut ipsum B, quod ponitur pro subiecto, tripliciter sumi posse dicitur, ita tripliciter posse sumi caeteros terminos (ut in hoc loco CD) intelligatur. Ipsum vero in uno demonstrasse sufficit.

Hoc pacto veluti confusam, obscuram et imperfectam tabulam distinximus, clarificavimus et perfecimus.

Cap. <VIII> De terminorum artis formatione.

Quoniam vero artis huius usus absque terminorum alphabeti prompta et ordinata comprehensione difficillimus est, ob eam causam hosce figurationis canones instituimus.

<I.> Novem ex facie bene notos homines adsciscito, quorum singula nomina vel propria vel tua institutione appropriata a singulis horum elementorum initium sumant, ut pro B Brutus, pro C Caesar, quatenus prompte eodem, quo haec occurrunt, occurrere possint ordine.

II. His pro novem subiectorum significatione novem sigillatim adtribuantur dignitates, ut B Deum significet Brutus sacerdos, C Angelum Caesar nuncius.

III. Iisdem ad significanda absoluta praedicata totidem cognata sint instrumenta, ut B lux significet bonitatem, C globus significet magnitudinem.

IV. Iidem pro notandis respectivis praedicatis totidem proprias intelligantur suscipere operationes, ut B differentiam significet disputans, C concordantiam placans.

V. Illis etiam pro quaestionibus notandis adstent res, ut pro B utrum? utres, pro C quid? latibulum.

VI. Simili ratione providendum, ubi simplex vel multiplex virtutum et vitiorum et aliorum, quae sub instrumentativo continentur, alphabeta cupias multiplicare. Adstent enim singulis dictionum vitiorum, pro his pueri novem, pro aliis puellae novem, pro iis senes novem, pro aliis tot bruti vel tot alius generis alia.

VII. Omnia tum quo promptius et expeditius oculis obiiciantur, tum etiam quo tabulam feliciter valeas explicare, in novem locis comunibus situata intelligas, quorum mox singula in quatuor particulares sedes distribuantur, ut ita per haec columnarum partes deducantur, et varia ipsius T situatio operantem non inturbet aliquando.